Dissertatio medica inauguralis, de cortice peruviano / Publico examini submittit Philippus Silvester Lursenius.

Contributors

Lursen, Philip Silvester. Oudendorp, Frans van, 1696-1761.

Publication/Creation

Lugduni Batavorum : Apud Cornelium Haak, 1751.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/qxzt9uqv

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

DE

CORTICE PERUVIANO.

QUAM

ANNUENTE SUMMO NUMINE

Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. FRANCISCI VAN OUDENDORP,

HISTORIARUM ET ELOQUENTIÆ PROFESSORIS.

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, & Nobilissima FACULTATIS MEDICÆ Decreto,

PRO GRADU DOCTORATUS,

Summisque in MEDICINA Honoribus, & Privilegiis rite ac legitime consequendis,

Publico Examini submittit.

PHILIPPUS SILVESTER LURSENIUS,
GEDANENSIS.

Ad diem 24. Junii 1751. bora locoque folitis.

Temporibus Medicina valet: data tempore profunt, Et data non apto tempore, vina nocent.

Ovidius de R. A. p. 131.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud CORNELIUM HAAK,
MDCCLI.

DISSERTATIO MEDREAL LUNAUGURALUS,

22 CE

CORTICE PERUVIANO.

ANNUFRIE SUMMO NUMBER

. Ha midlightly Magnific Rolling

D. FRANCISCH VAN OUDENDERP,

HISTORICUM OF ELOQUENT IS INCIES ONS.

Amplified Stratus Academics Calofts & Monthly Real Reports Miller Direct.

PRO GRADU DOCTOR MUUS

Summisque in Manaceus Hamesber . Se Parties :

Publico Francisi Intrillita

PHILIPPUS SILVESTER LURSENIUS;

Al dien ta. Junit 1751, bors torogie feller.

Temperibus Idellera cours: dos tempore products.

Le date non also simpler (colta mones.

Oviente del R. A. p. 151.

LUCDUNI BATAFORUM,
'Apud CORWELLU M HAARK,
'Apud CORWELLU M HAARK,

DEO,
PATRIÆ,
PARENTIBUS,
PRÆCEPTORIBUS,
PATRONIS,

ATQUE

AMICIS.

Dissertationem. hanc. Inauguralem, in. publicum devinctissimi. gratissimique. animi testimonium. qua. decet. submissione. ac. modestia: sacram. facit.

AUTHOR.

PATRIES, PATRONIS, ATQUE

AMICIS

Dissertationem, kanc. Insuguralien, in publicum devinci ssimi gratissimique, animi-testimenium quai deset, submissione, ac, modestia, sacram, sacir.

AUTHOR



ubens suscepi laborem de conscribendo specimine Inaugurali, cum Venerandi bujus Palladii Antistites, me Academiae buic Celeberrimae, quae centrum desiderii mei, va-

ledicentem, Laurea Doctorali condecorare animi sunt. Diu baesitavi, ex quanam Artis salutaris parte materiem depromam, quum illius campi ab eruditis jam optime emensi. Studiorum metae cupidus, perutile duxi Thema ex materia medica eligere. Non solum enim sufficit, partes humani corporis cognoscere, cognitarum usus, functiones, cum sanas, tum laesas nosse, bis sanitatem per medicamenta restituere, sed methodi quoque instrumenta haecce physica rite applicandi probe esse gnavum, Medicum absolvit Practicum. Felix, qui totius Medicinae partes amico conjungit vinculo.

-O110-

Ami-

Amici, quibuscum de hoc proposito contuh, omnes pertractationem Corticis Peruviani volebant; insuper elegantissimae observationes de febrium intermittentium curatione per Corticem Peruvianum a Cel. Germanorum Medico P. G. WERLHOFFIO elucubratae, mihi hisce occupato laboribus, obvenere, quae ulterius scrutando, bancce adornarunt opellam. Antifebrilis Medicinae perinsignes virtutes, ut omnia fiant ordine, totam dissertationem, utile miscendo dulci, in quatuor sectiones partitus : sic ut 1. Corticis Peruviani historia botanica, & chemica, II. usus ejus salutaris, & III. noxius, in febribus intermittentibus, earumque recidivis, IV. ejus egregiae virtutes in multis aliis morbis, exhibeantur. Se Praxis fecundum regulas atque cautelas Artis infra tradendas, instituatur; pronunciare fas sit, fine Cortice Peruviano Medicum vix Artem exercere posse. Lectori, si quem habuero, dissertatiunculam bancce offero, stylo Augusteo faeculo, minus conveniente conscriptam, quam aeque & moderate dijudicare velit.

Anse

Quoties benevolentiam, quae hisce in tervis mibi contigit, animo revolvo, toties gratissimus recordor, Praenobilissimi, Excellentissimi, arque Experientissimi Joannis PHILIPPI BREYNII. Medicinae Doctoris fere semisaecularis, Botanici per totum orbem Celeberrimi, Societatum Imperialis Naturae Curioforum, & Regiae Anglicanae membri dignissimi, ProAvunculi, Patroni, Fautoris aestumatissimi ad rogum usque suspiciendi, colendi: cui faustissima quaevis animitus apprecor, ut Jubilaeum suum Doctorale quam primum felicissime celebrare possit. Hujus MAECENATIS benignitate ubivis sic comitatus, ut favore, confiliis quam multorum Celeberrimorum Vivorum bac in civitate florentium, splendido librorum apparatu, & fideli manuductione ad Praxin clinicam, aegros cujusvis sortis, prudenter ac mansuete tractandi, indefesse usus. Quamdiu in vivis superstes, praestitorum memor ero, illaque gratissima mente agnoscam.

Si beneficiorum summam PARENTIS mei Aestumatissimi, Indulgentissimi, confero,

DISSER.

quan-

quantum in viribus erit, illa ad aram usque, omni filiali ut par est observantia, agnoscam; quum TU mibi omnia ad liberalem educationem necessaria sponte suppeditasti, exterasque porro invisere terras, ad studium Medicum augendum, baud recusasti. Meum commodum proprio praetulisti, tempus gravissimis negotiis subtrabendo; non solum fundamenta Christianae Religionis ex ore TUO baufi, sed quoque, quum olim facrarum literarum studio addictus, fidelissima TUA instructione in historia literaria, indefesse usus. In tesseram grati TIBIQUE devinctissimi animi, bancce opellam offero, quam benevole accipias velim: ad bujus elaborationis normam, mibi Praxin in Patria cum prudentia sic exercendam promitto, ut cum supremus vitae meae instabit dies, considam, alacrem in praecordiis mibi adfuturum testem. Vale. Praxin chnicam, acres consers forms, pru-

denter as mansuese truckands, indefesse usus.

Quandin in wivis Sherstes, praesitorum me-

mor ero, illugue gratifima mente agnoscam.

Si beneficiorum fammage PARENTIS mai

Aestumatissimi , Indulgentissimi , confero ,

quar-

DISSER-

DISSERTATIONIS MEDICAE

obflaret. S,z 1 LA A UDIU AM Inttentes co-

uno diu morato lucri ca da, de caeteris fidem ad-

CORTICE PERUVIANO

e quis animi li leo, rigrota & phi faxum vol-

Sufficit fi paucis a Trair m relata acque in-

CORTICIS PERUVIANI

HISTORIAM

BOTANICAM ET CHEMICAM.

conflat, an genuina redrifting arbor in huropa ho-



pectata novis virtutibus arbos, facro femine fata, in falutem hominum, & Medicinae incrementum è naturae finu producta. Hujus Cortice Peruviano detecto, lites inter Botanicos exortae de characteribus eruendis, quibus corticis genuina arbor a spu-

ria possit dignosci. Certum, hodoepororum de-

Ante decepnium bileico, Anglus Berlluffria

Tandem genuina antifebrilis arbor sodalibus Academiae Parisinae itineratoribus, innotuit, quos
inter side dignissimi & Cel. Viri de la Condamine & B. Jussieu anno 1737. mense Januario Loxam prosecti, & sequenti demum in comitiis solennibus Academiae Regiae, relata palam
fecere, in quibus simul icon rami genuinae arboris sebrifugae cernitur. His contenti, L. B. Sistimus arborem hactenus genuinam, botanice deseriptam.

obitatque arboi. Islicori. gi antiqui & hodier-

NOMEN Quinquina, Kinkina, Americanum vocabulum, cum antiquo Peruano Quina permutatum, quo Hispani mantelillam, id est pallium per metaphoram intelligunt, Quina Quinae, Kina Kinae, Cina Cinae, China Chinae, qua duplicatione vocis Peruani praestantiam denotant. Cascara de Loxa, cortex Loxanus, & Peruvianus a patria. P. HERMANNO Queranguo a fructibus dicitur. A virtute, cortex febrifugus, antifebrilis, antiquartius: Hispanis Palo de Calenturas, seu lignum febrium, J. RAJO (f) Gannanaperis seu febrium domitor. Ab aegris, qui primi virtutes febrifugas experti, audit pulvis Comitisae, a CINCHONA uxore Regia ProRegis. A restauratoribus hujus Medicinae, Pulvis Jesuiticus, pulvis Cardinalis de Lugo, quia hujus aevo cortex Peruvianus per R. Patres Societatis Jesu Romae innotuit: remedium Anmusily Larar Veyene, aux isles de l'Amerique T. M. P. 143.

(f) Hift. Plant. L. 32. p. 1796. T. 111. 38 voldo .124

dicitur pulvis Sinicus ad patriam celandam (g). Sufficit, si in pharmacopoliis cortex Peruvianus electus appellatur, ne ob homonymiam vocis China Chinae confundatur cum radice ejusdem nominis, saltem vox China tam multis invisa officinis exulet. Per febrifugum novum & antiquum sola diversa aetas unius ejusdemque arboris intelligitur. Patet sic, quare Badus relationes Bolligitur. Patet sic, quare badus relationes Bolligitur.

SPECIES: Cinchona cortice obscure ferrugineo, folio integerrimo, ovato oblongo, anterius

cuspidato. La promotion ON A MMILE : 2183

Cinchona cortice extus albicante, folio ovato. VALENTINI bist. simpl. ref. p. 176. forte est species d'Jaën, secundum Tozzium Cinchona Alzierensis cortice ferrugineo, graviori, Ayaccensis del Rio Bambo circa lacus reperta, minoris virtutis.

GENUS primae speciei Cinchonae stabilitum a Cel. DE LA CONDAMINE loco supra citato. A. 1738.

T. 11. edit. Amst. (b) inde characterem condidit
Cel.

(g) In Regno Sinensi nullam hospitari Quinquinam ipse Cl. D. KAEMPFERUS vidit v. Ephem. N. C. A. III. Dec. III. in append. (b) Hic side dignissimus multum quoad descriptionem Cort. Per. hausit, ex MSCto quodam, Hispanice conscripto a. 1696. a D. HERRERA teste autopta, quod asservatur in Pharmacopolio Collegii S. Pauli sub titulo de Cortice Quina.

A 3

Cel. LINNAEUS in Gen. Plant. G. 1021. edit

Lugd. Bat. 1742. in add. 13

CALYX: Perianthium monophyllum, quinquesidum, minimum persistens (i) COROLLA: monopetala, infundibuliformis, tubus cylindraceus longus (k) limbus patulus, quinquesidus, serratus. (l) STAMINA: filamenta quinque minima, antherae oblongae, intra tubum corollae recondita. PISTILLUM: germen subrotundum, infra receptaculum floris, stylus longitudine corollae, stigma crassiusculum, oblongum, simplex. PERICARPIUM: capsula subrotunda, car lyce coronata, bilocularis, a basi versus apicem bifariam debiscens. SEMINA plurima, oblonga, compressa, marginata (m)

CLASSIS: LINNAEO Pentandria Monogynia.

Descriptio: Cinchonae primae speciei arbor in loco natali reperta altitudinis 10 vel 15 pedum, crassitiei 9 pollicum: (n) gravis, ratione voluminis. Cortice serrugineo, scabro, lanuginoso; ramis parum divaricatis, teretibus, punctis albicantibus adspersis; foliis simplicibus, oppositis, ova-

(i) Extus purpureo intus pallido colore tinctum. (k) 7. vel 9. linearum coloris rubescentis (l) coloris cermesini, in limbo pallidi (m) sunt receptaculo affixa, raro observari possunt matura in situ naturali, quia plerumque vento excutiuntur, Badus ea comparavit cum seminibus Cucurbitæ. (n.) Hodie vix in majus volumen excrescit, quum decorticatione sepe iterata arbor plerumque emoritur: hinc antiquae arbores hodie adeo rarae. Interim arbor facile propagatur, qua resecta novae arbusculae e radicibus laete progerminant.

ce Ouma.

to oblongis, anterius cuspidatis, integerrimis, petiolatis, in medio duos pollices latis, tres longis,
perennibus, glabris, splendentibus, utrinque viridibus; superficie inferna glauca, prona ferrugineis
stigmatibus, utrinque nervis alternis parallelis distinctis; margine integerrimo; petiolis teretibus,

folio brevioribus, glabris.

FRUCTIFICATIONEM: quod attinet ex observatis Cel. DE LA CONDAMINE & POMETI constat, arboris Cinchonae calyces pedunculo innixos, flore deciduo intumescere, & in fructum ovalem abire P. HERMANNO Queranguo dictum, amygdalis haud dissimilem, A. Bollus contra, arborem sebrifugam familiae sterilium arborum accenset.

SEXUS est Hermaphroditici.

Locus est America meridionalis ubi sponte nascitur, prope urbes Loxam & Quito. Arbos optimo cortice intense ferrugineo montem Cajanumam inhabitat, Potosianus cortex, & paludosa loca amans, minus essicax: optimus lustratur aëre temperatiori, quam qui in reliquo Peruano tractu spirat, arbor cortice albo d'Jaën in locis editioribus reperitur. Arbores hae quaecunque sint, planitiem sloresque vicinos spernunt, & castae frondes arborum alius familiae sugiunt.

Icones inter genuinae febrifugae arboris, illa est sola quae jam Actis Parisinis l. c. A. 1738. & postea quoque Commercio Norimbergensi literario A. 1744. inserta: illius ectypa in calce hujus dissertationis cernitur, ramum magnitudine & situ

natu-

naturali depictum (o) sistens. Reliquae suspectae! BOLLIANA est folio rotundo, VALENTINIA-NA ovato: BARTHOLINUS Cent. V. bift. 50. arborem cerafo fimilem, Jonstonus Dendrol. p. 476. cassiae caryophyllatae, seu Myrti Americanae Canyngae iconem, exhibent. G. Don-ZELLUS Theat. pharmac. T. II. frondosam arborem pruno similem excudit, cujus figura TAN-CREDO ROBINSON non adeo suspecta visa, quum juxta hujus sententiam folia nunc recentia, nunc ficca delineata faciem mutent. Cum Don-ZELLO consentit JOH. RAJUS 1. c. qui Icones ex Italia ad societatem Regiam Anglicanam transmissa a descriptione BADI vix differre observat: illam contra quae in Musaeo D. G. COURTINE affervatur & aliam J. RAJO a GODALLO ex Italia communicatam discrepare, CEL. REDI; TAN-CREDUS ROBINSON vero indicavit prioris differentiam. Aeque distat POMETIANA a nostra. 6. IV.

Antifebrilis hujus medicinae historia, usus, hujusque sata & vicissitudines ob pessimas mangonisationes perpetratas, quam notabiles. Bollus, primus, qui specifici usum medicum, & oeconomicum

(a) Iconis litera A exhibet ramum cum foliis & floribus diversae maturitatis, BB. flores diversimode figuratos, B. florem singularem sexies incisum, b. alium sic divisum, ut pistillum & stamina fiant conspicua, ecc. cernuntur calyces nondum patuli, DDD, alii seminibus excussis patuli, E. folii superficies prona, E, inferna, indicantur.

micum Peruvianis tinctorium, Italo idiomate. descripsit; hoc infignior prior medicus, naturae instinctu Leonibus, Indis Puma dictis innotuit, quem Americani observantes (p) in mortalium usum infciis Hifpanis transtulere. Cognito arcano Loxae praefectus Pro Regis Archiatrum D. de Vega impulit, ut cum venia Regis, Comitissae del Cinchon A. 1638. intermittente decumbenti antifebrilis exhibeatur. Voti compos, Principem fuam tertiana intermittente liberavit. Rumore Limam delato Corticis Peruviani quantitas, ad R. Viros S. Ordinis Jesu Limenses, nomine pulveris Comitissae, a quibus A. 1649. (9) ad Cardinalem DE Lugo transmissa. Romae pulveris hujus Cardinalis pondus, aequo auri vel faltem argenti pondere folvebatur, & religiofis egestate pressis gratis prostabat. Biennio transacto Archiater de Vega Hispali antifebrili prospexit, dein & Galliis, quorfum iter meditabatur.

Quantitatem allati corticis distributioni vix suffecisse, facile conjicitur; arborum circa A. 1690. sedula decorticatione plurimis emortuis, sucro inhiantes, essociates Peruvianos aqua in qua Aloë soluta, impraegnabant, nec non cortices arborum circa lacus repertarum, vel & corticem-

(p) Indos fuisse primos, qui Corticem Peruvianum exhibuere tradunt Transact. Philosoph. Vol. 24. n. 290 p. 1196.

(q) Hoc ab anno circiter Epocha instituitur, qua Corticis Peruviani usus in Europam introductus.

Cassiae Caryophyllatae seu corticem Myrti Americanae Canyngae dictae, & Cascarillam (r) Europaeis substituebant. Nimis creduli absque revisione praegressa, specificum exhibentes, quod decumbentibus pessime cesserat, samae & remedii & civium Loxae infamiae notam inurebant. Nec minus Medicorum periclitabatur sides, qui specificum primo sebris paroxysmo absoluto promiscue exhibebant, ideo Londini dein infame habitum.

Conties Pent V ...

Tandem circa A. 1679. TALBORIUS Anglus, fub nomine remedii Anglicani febrifugi usum restauravit, quem congrua exhibendi methodus ad nostra usque tempora constantem fecit. TALBORIUS arcano hoc Ludovicum XIV. tunc temporis Dauphinum Regium ab intermittente liberavit,

(r) Cascarilla s. cortex Peruvianus gryseus, spurius, Kina Kinae aromatica Stisseri, Eleutheria, ab Eleathera Bahamacarum insula, Eleutria Linnaei, Eleaterium Lemerii, Cortex a lateribus, habitat in regione Americae Australis Paraguy, & in insula Providentiae. Extus in omnibus cum vero cortice Peruviano convenit, sed odore, sapore, & quoad analysin a genuino cortice differt: praeterea sale & resina magis abundat quam genuinus. Corticis spurii usus antisebrilis suspectus & teste Goelickio noxius; Cascarillam speciem Cicutae esse, quoque constat ex C. Linnaei Amoen. Acad. Vol. I. p. 416. hanc vero venenorum sobolem, v. H. Boerhaave Inst. Med. S. 1138. 2. Class. venenorum. Apinus hoc Spurio Cortice in intermittentibus non usus, quum ejus tempore Cascarilla adhuc incognita.

ravit, qui illi prœmium Regium, dignitatem ordinis Equestris & annuum honorarium concessit. Sic Regis jussu cortex Peruvianus genuinus in Gallias delatus in Nosocomiis gratis distributus, in pharmacopoliis vero decumbentibus aequo prostabat pretio venalis. Notatu dignum, Exoticum hoc, ut quaevis generosa, hodie in loco natali vix aestimari, cujus usus Limae & Quito rarus, in America vero Meridionali nullus.

S. VII.

His cognitis, ad ea, quae materiam medicam tangunt, nos accingimus: decorticationis methodum transeo, quippe simplicissimam, quae quovis tempore peragi potest, quo aër siccus atque ferenus favet; recens detractus optime confervatur, si per aliquot dies radiis folaribus expositus, ne fitum contrahat, ficcus capfulae ex pelle animalis Vigonges dicti, paratae includitur. Corticem Peruvianum plus minusve efficacem deprehendi, ratione aetatis, terrae, climatis, folum botanophilorum est praejudicium: quorum aliqui arborem folio tomentoso reliquis omnibus praeserunt, quam licet Cl. DE LA CONDAMINE nunquam viderit. Petrificans Peruanum folum, an efficaciam intendat? (s) vix probabilius. Certum, in locis montosis optimum ali corticem, ob aërem siccum, & temperate calentem, illa loca lustrantem,

⁽s.) Observat. L. FEVILLE Journal des observat. phys, mathemat. & botan. a Lima faites A. 1709. m. Juillet.

quem arbos maxime amat, hinc odorem fapos rem, & vires simul intendit. (t) Sufficiat, si eligatur cortex genuinae febrifugae arboris ex ramulis folis, ex locis montofis defumtus, qui denfus, ficcus, gravis, ab aqua non penetrabilis, a ligno subjacente probe separatus, qui figurae convolutae, tenuis, fibris longitudinalibus crispatus, incifuris parallelis distinctus; extus scaber, instar corii granulati, lanugine aspersi, intus obscure ferrugineus. Fractu non contumax, nec pulverulentus, aut in fragmenta lignea fatiscens, fed in extremis splendens. Odore, cortex est debili, mucido, gustu aromatice amaro, parum adstringente, simul humectante: masticatione abit in massam spumantem, quae igne alterata fit glutinosa; quo citius cum faliva maceratur, eo plus refinae ac gummi in cortice continetur. Pharmacopaei illum, optimum pronunciant, cujus pulvis pistilli ictibus fere volatilis fit, aquae particulis adhuc contineri valens; nec non fi decoctione, spuma ora vasis transcendat. Physica corticem genuinum sic determinat: si particula ejus microscopio subjecta, strata se offerunt tria, lanuginosum, resinosum ferrugineum, & fibrosum Cinnamomeum; in medio, particulae refinofae & gummosae, salinis distinctae, conspiciuntur. Gravitas specifica in vegetabilibus ratione gradus ficcitatis, incerta, ac prorfus inconstans. Cortex Peru-

⁽t). C. LINNAEI Amoen. Acad. Vol. 1. p. 419.

Peruvianus igni injectus, ficcus, neutiquam inflammatur, fed in carbonem lignum quernum redolentem vertitur, qui rutilam alit flammam, tandem in cineres falfos, niveos fatiscit, qui igne alterati, virtutis funt vix febrifugae. Ex fola corticis craffitie, praestantiam medicamenti determinare praestat: quo minus crassus cortex, eo est praestantior & esficacior; quum contra olim cortices crassi pluris aestimati fuerint. Hodie merito cum Loxanis tenues cortices praeserimus, quippe qui commode exsiccantur, sicci conservantur ac transmittuntur facile, & gummi atque resina valde abundant, ut Anglorum Chemici jam dudum experti.

9. VIII.

Ex dictis constitit, corticem Peruvianum ad vegetabilia gummoso resinosa, imperfecte in aqua, perfecte vero in vino & spiritu vini solubilia, nec non ad salina referri; quod triplex principium in cortice, forte & in ligno arboris omnem vim antifebrilem absolvit (u). Sic compendiosa ast pretiosa (x) medicamenta, extracta & sales essentiales prostant, quae efficacissima, a partibus crassioribus passivis separata, ex activis solis constant. Passiva absolvit terra, activa vero oleum grave praecipitationi aptum, nec non resinam constituens; huic oleo sulphur, seu το φλογισον intime jun-

⁽u) Ut cives Peruani afferunt Bado interim dubitante.
(x) ex fententia Chomelii, v. Tournefort Hift.
Plant. 37.

junctum, utroque principium falinum unitur. Sulphure & refina spiritu vini rectificato abstractis,
fal nativus, e succo communi plantam nutriente genitus (y.) intactus excluditur vere essentialis dicendus, quia totius vegetabilis essentiam, neutiquam
alteratam, quoad colorem, odorem, saporem,
in minimo volumine retinet: quae forte arte absque ulla alteratione intendi potest.

is :X I no.) meant. - Home me-

Quoad dotes salis essentialis Corticis Peruviani, est fal lamellatim concretus, in aqua frigida folubilis, ex aëre humidum attrahit, in igne crystallisationem fubit, saporis est parum bituminosi, indicantis, falis, fulphuris & refinae arctiffimum vinculum: igni injectus hic sal fumat, in carbonem diu rutilantem abit, tandem in cineres alcalinos fixos fatiscit, qui igne alterati virtutis vix febrifugae funt. Natura hujus falis essentialis est fere neutra, quia cum reagentibus non effervescit, quemadmodum in quibusdam falibus artificialibus chemicorum, id observatur. Essentialis ille perparum acidi continet, quod debetur fulphuri, quo abstracto illud excutitur. Patet præterea differentia inter sales essentiales veros, & sales officinales, minus recte essentiales dictos, qui decoctione per subsidentiam, aut per incinerationem, infigni cum dispendio virtutis medicatae parantur, hi alcalini fixi funt neutiquam creaturae ig-Ue cives Pernani offerunt Bano income du

⁽y) H. Boerhaave Chemiae Tom. II. p. 63.

nis, sed ab hujus alteratione in salem alcalinum sixum mutati, hinc minime sales essentiales dicendi: ut recte censuere Lemerius & Willersius. Verissimum itaque est illud Chemicorum Axioma hic applicandum: salia non agunt, nist dissoluta: nec agunt, si dissoluta nimis.

g. X.

Ad falem hunc effentialem parandum non omnis methodus est apta. Fatemur experti, methodum vulgarem (z) principia Corticis Peruviani multum volatilia vix sustinuisse, quin igne admodum fuerint alterata: triplex illud principium tam parce prodiit, ut illorum quantitatem mutuam ex diversis speciminibus Corticis Peruviani collectam, vix oculus & lingua determinare potuerit. Exactioribus, licet magis operosis methodis excogitatis, falem essentialem ex Cortice Peruviano per Chemiam hydraulicam absque ulla alteratione extrahendi. Sic PerIllustris Comes DE LA GARAY primus fuit, qui salem Corticis Peruviani vere essentialem elaboravit, illumque A. 1731. Christianissimo Galliarum Regi nomine pulveris essentialis obtulit. Experimenta haec sine igneinstituit cum machina trituratoria, fabresacta fere ad exemplar fimilis, infervientis triturationi corporum a LANGELOTTO descriptae, cujus usus ex MSCto Germani Chemici POLLIER inno-Traite de la Verrerie de Kuntente p. 204. Epitem

⁽z) v. H. Boerhaave Proc. Chem. LVI. LXIV.

tuit (a). Operatio, hac cum machina instituta, est pretiosa & taediosa. Similis sal essentialis ex Cortice Peruviano, methodo alia, GEOFFROYANA per infusionem & digestionem extrahitur, qui sali priori methodo parato parum cedit. Machina trituratoria delineata, & operatio cum illa instituenda, in allegata Chemia Hydraulica Gallico idiomate exactissime est descripta, quae legi meretur. Hinc operationis latiorem explicationem praeterimus, praeterea quum machinam ipsam possidere, paucissimis licuit. X Line xiv silusiov min

Chemia hydraulica operationem fic abfolvit: Corticis Peruviani parva quantitas in pollinem trita, cum aqua aliquoties exactissime destillata trituratur per integrum diem, colatura filtratur; refiduum eadem methodo tractatur, donec infipida redeat aqua. Liquor sic acquisitus in balneo vaporis exhalet, inspissatus imponatur patinis porcellanicis puris, chartis ficcissimis tectis. Materies contenta ficca, indurata, refinofa, una cum fale esfentiali cultello chartae subducatur, subductus simul fal essentialis a principiis, Gummosis, resinosis & cleosis Alcahole affuso liberatur, quo facto partes refinam constituentes solvuntur, & folus Sal essentialis intactis viribus relinquitur. Hic ferrugineus, in aqua folubilis, in Alcahole

⁽a) Traite de la Verrerie de Kunckel p. 204. Ephem. Nat. Cur. Dec. I. ann. III. obf. 99. Acta Gallica A. 1738. T. I. p. 274.

indisfolubilis, non alteratus, lagenis vitreis cera claufis immisfus ad fuos ufus fervatur.

S. XII.

Principii gummoso-resinosi Corticis Peruviani menstrua sunt Spiritus vini dephlegmatus, vinum, & aqua ebulliens. Pro una eademque corticis quantitate extrahenda, triplex menstruum per vices adhiberi potest. Plerumque unum sufficit, prima trituratione peracta, quod alteri corticis quantitati aut prioris residuo iterum affunditur. lisdem menstruis simili ordine adhibitis, resina quoque per infusionem methodo GEOFFROYANA extrahitur. Quicquid sit, phaenomena experimentorum, & quantitas refinae diversa methodo extractae, funt eadem, licet extractionis tempus ratione efficaciae menstrui differat. na fic acquisita, per ebullientem aquam divifa, in hac sustentatur, superficiem instar colli columbini coloratam exhibens, in experimentis, vulgari methodo officinali institutis, quoque observatam. Liquor refrigeratus lactescit, & refina praecipitatur: quæ excussio citius contingit, si frigida affundatur aqua; simili cum phaenomeno menstrua spirituosa infringuntur. Calculo instituto constat, utraque methodo ex integra drachma Corticis Peruviani, cui unciae quatuor cum dimidia menstrui sufficiunt, resinae scrupulum unum extrahi, residui duo scrupuli restant. Cel. GEOFFROY afferit, quantitatem refinae Corticis Peruviani quantitatem principii gummofi

flows.

mosi sic excedere, ut resina fere unam quartam partem totius corticis constituat.

S. XIII. Differentia methodorum GARAYANAE & GEOFFROYANAE jam examinanda; posteriori, per infusionem cum aqua ebulliente, refina & oleum liquefacta rarefiunt, forte & terreis particulis inviscantur, unde alteratio contingit, & efficacia Corticis Peruviani imminuitur. Caloris moderamine justo servato, evaporatio principiorum volatilium, & nimia induratio gummosarum ac resinosarum particularum impeditur. Certum, hac methodo per infusionem, metalla non penetrari, uti GARAYANA fit, qua per triturationem aqua magis condensata facilius corpora penetrat. Interim, licet accuratior fit methodus pro Chemico, attamen pretiosa pro medico usu. Praeterea, quum proportio inter menstruum & materiam solvendam in utraque fit fere eadem; praestat, magis compendiosam eligere methodum. Historia Corticis Peruviani fic praemissa, in sequentibus ad ejus usum salutarem & noxium, cum in febribus intermittentibus, earumque recidivis, tum in multis aliis morbis e-

gregium pertractandum, nos accingimus.

ols Peruviani quantitatem principii guar-

descrime Corticle Ferration, cui unciae quatuor cum dimidia mentrui lufficiant, relinae foruputium unam extrani, relinii duo forupuli refrant. Cel. Caoreno afferia, quantitatem refinae

SECTIO

SECTIO II.

SISTENS

CORTICIS PERUVIANI USUM SALUTAREM

Inveltus, in primis Is fere torus refelvitur

FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS,

EARUMQUE RECIDIVIS.

S. XIV.

Corticis Peruviani genuini electi (§. IX.) vis specifica antifebrilis, in principiis gummosis, resinosis atque salinis delitescens potissimum, (§. §. XI. XII.) ex esfectu, hujusve eventu observata, innotuit. (§. IV.) (b). Divinus ille intermittentibus praesertim autumnalibus, continuas quoque aemulantibus, epidemicis, depuratoriis, (§. XXVIII.) recensitarumque recidivis (§. §. XXVIII. ad XLIV.) recte exhibitus, (§. §. XXIX. ad

(b) C. LINNAEUS in hypothesi de nova intermittentium causa, Amoenit. Acad. adnexa Vol. I. p. 17. curationem intermittentium per Corticem Peruvianum curae empyricae per amara accensuit.

ad XXXIV.) citam, certam, & tutam facit medelam. Adstringens, simul roborans, morbos ex atonia fibrarum ortos, corrigit, tollit; amarus, obstructa reserat, impacta resolvit, digerit; (6.6. Ll. & s.) balsamicus quoque antisepticum ac prophylacticum præbet. (6.6. LIII. s.) Evacuationes quasvis praeternaturales imminuit, naturales imminutas restituit, noxia expellit. (6. L.)

6. XV.

Ingestus, in primis viis fere totus resolvitur: ventriculum, intestina lustrans, in chylum, inde in conficiendum sanguinem per totius corporis habitum desertur; citius, si solidorum compages laxa, quam stricta, sluida miscenda prius quam solida penetrat. Febrile salino retundit, sibras amaricante principio roborat: vir interpresar vero in systematis nervei vir incorporation in systematis nervei viriale salino retundit, sirituum motus compescendo, exseri, (c) probabilius, in cujus aura intermittentium causa fere semper residet. (d). Haec nervorum origini impressa, illos irritat: sic infantes convelluntur, in adultis saeva exsurgunt animi pathemata. Sae-

pe

(c) G. COLE Hypoth. de Febr. intermitt. p. 117.

H. BOERHAAVE Praxis Med. T. III. S. 755.

⁽d) A. BORELLUS de motu animalium P. II. p. 22. p. 289. conf. F. HOFFMANNI opera phys. med. T. VI. p. 35. edit Genev. in quibus febris desinitur per affectum & effectum systematis nervosi, praeter naturam graviter affecti, quemadmodum & ex symptomatibus intermittentium patet, conf. & R. MORTON de febr.

Saepe causae eaedem intermittentes & excitant, & tollunt. (e)

6. X V I.

Dissentientibus probandum: quod, si antifebrilis corticis virtus specifica in chylum agat, sola abstinentia sufficeret. Illi per experimentum (f) probare sententiam audent: quod, si cani per quadraginta horas jejunia passo, carnis coctae exsiccatae aliquot unciae offerantur absque potu, dein spatio quinque horarum elapso, duodeno perforato, libra integra aquae tepidae Indigo tinctae per siphonem injiciatur; consutum vulnus, transacto trihorio aperiatur, tunc observari, vasa lactea caerulea materie turgere. Certe, subtilissima Corticis Peruviani effluvia atque principia, magis penetrabilia esse, quam ejus principium terreum, cum memorato pigmento comparatum. Ut ad scopum redeamus, constat, symptomata febrilia tremorem, atque convulsionem obstare. In sanguinem, a quo solo intermittentes produci, qui afferunt, exitus febrium ardentium contraria docet, in quibus antifebrilis obest; hunc vero per omnem corporis habitum non digeri, frigus squalidam cutem mordens, evincit. Aurae igitur fystematis nervei The every frav corticis imprimi, verosimilius: quum subtilissima specifici effluvia ad nervorum origines delata, universum eorum sy-

⁽e) Conf. J. Newtoni princ. phil. nat. mathem. p. 102. (f) a Cl. M. LISTERO institutum, & descriptum in Act. Phil. Lond. n. 93. 142. 27.

stema per consensum excitant, tantosque in corpore effectus producunt, majorem quoque solito somnolentiam aegris conciliant. (g) Hi effectus non forent constantes, si tantum nervorum extrema ventriculum perreptantia febrisugo imbuerentur.

S. XVII.

Specificum inordinatos spirituum motus compescendo intermittentibus mederi, s. praecedenti patuit, principium adstringens neutiquam amarum, raro hoc praestat, quum id ex aliis adstringentibus nunquam tuto exspectari queat. (b) Nec sanguinem resolvendo agit, vix illum adtingens. (s. XVI.) Antifebrilis aliquoties exhibitus, vires sebrifugas evolvit, plerumque sine evacuatione: si quae contingat, haec vel critica vel symptomatica erit; si nulla, illa larga perspiratione insensibili resarcitur, aut intermittentes protrahuntur, donec sebrile peccans per alvum, urinam eliminetur, aut per metastasin ad alia loca deponatur: contra chronica mala instant. Hinc intermittentium indoles semper exacte inquirenda, ut naturam adjuvare possimus.

g. XVIII.

(g) G. COLE loc. cit. p. 130.

⁽b) Addringentia in intermittentibus noxia, v. Hist. l'Acad. des Sciences a. 1714. p. 37. illorum effectum dubium censent Lemery, Geoffroy, inconstantem, Hombergius, Renealmus, Bontius Dialogo V. de Medicina Indorum, de nuce Moschata.

6. XVIII.

Effectus febrifugi tempestive & cum successu aliquamdiu exhibiti, sunt praestantissimi, Cl. F. Redi miraculosi dicti. Intermittentibus cortice ablatis, solida roborantur, crudum jam coctum assimilatur coctis, vires paroxysmis exhaustae restituuntur: universa naturae oeconomia melius jam ac ante, conservatur. Spes felicis successus Eximium T. Sydenhamum nunquam sefellit.

oliges olom 6. XIX

Methodi corticem recte exhibendi ignari, voti non compotes facti, recidivas, aliaque mala oriri observabant. Agmen factiosum lingua, sed opera iners, mala innocenti Medicinae, neutiquam incongruae exhibendi methodo tribuens; virtute specifica antisebrili haud contentum, vim deobstruentem, evacuantem desiderabat. Peruvianum qui offert, clamitat, naturam sebrile ex corpore eliminantem adstringente pervertit, recidivas sovet, largamque sunessorum facit messem malorum. Certe neque corticis analysis chemica, (S. S. XI. XII.) nec operandi modus illum tantae accusat adstrictionis, (i) qui Peruvianus per diuresin, diarrhoeam, hydropem a quartana productum multoties critice tollit (k) quemadmodum

(i) Bohnius Corticem Peruvianum, totum adstringentium volumini inscripsit. v. Act. Erud. Lips. A. 1683. m. April.

(k) Cortici recenti vim catharcticam adscribit J. Rajus in Hist. Plant. Vol. 2. p. 1796. Hydropem quartanam concomitantem cortice sanavit J. Boeclerus v. ejus not. ad P. Hermanni cynos. mat. med. T. I. p. 206.

id semel observavi. Praeterea vix adtenditur ad perspirationem insensibilem, qua febrile superstes cortice jam exsaturatum, revoluto paroxysmo exsudat, adstantibus saepe molestum ac olidum visum.

6. X X.

Alii cum Willisio censent, antisebrilem amaritie, hinc calore fanguinem resolvere, sicque intermittentes prorsus debellare. Experimentis rurfus innixi, quae bene instituta, male applicant: (1) fi fcilicet canis venae jugulari, infusi antifebrilis parum per siphonem injiciatur, cor illico palpitat, animal spasmis in tetanum definentibus angitur; vena aperta fanguis rarus, rutilus profilit. Constat, solum aërem venae inflatum idem praestare. Corticem sangumem densatum solvere alii per experimenta probarunt. (m) Amaricans illud corticis ob alcali ut volunt contentum, non praestare, docent amarae Lunae crystalli, ex acido Nitri non ex alcali conflatae (n). Sine ulla limitatione corticem ut adstringens incrassantibus, (0) ut amarum incidentibus annumerave-

(1) Est objectio Chifletii, experimentum fusius descriptum prostat in Cl. J. FREINDTII Emmenalog. cap. XIV.

(m) D. TAUWRY traite des medicamens T. I. p. 97. T. II. p. 213.

(n) R. BOYLE exper. observ. circa mechan. saporum pro-

duct. exper. V.

(0) A. v. LEEUWENHOECK cont. epist. ad Reg. Soc. Lond. Ep. LX. p. 119. Similia experimenta reperiuntur in Transact. Philos. n. 312. p. 24. 46. nec non in J. P. TOURNEFORT mat. med.

re; quum amaricans incidens Opium in catharho humores incrasset. Vim incrassantem cortici tribuentes afferunt, quod si sanguini calenti, ex vena misso guttulae aliquot, decocti febrifugi tepidi instillentur; tunc momento citius globulos rubros ante dispersos compingi in unam massam: idem erit phaenomenon, si aqua, vel lac tepidum adhibeatur. Ex Praxi Medica constat, sanguinis crasin justo laxiorem, dissolutam, in febribus absque cortice folis aperientibus falinis curatis, praestante antisebrili exhibito rite condensatam suisse. (p) Specifici evegyelar in liquidum nerveum stabilientes, corticem refrigerantibus & narcoticis cum Rocho, Casseto fatis temere accensuere: forte ideo, quia insignis HIPPOCRA-TES quartanis per soporifera medelam fecit, aut per fomnolentiam febrifugi usum passim subsequentem, sententiam confirmare voluerunt.

6. X X I.

Antifebrilis usu perturbari secretionem, glandulas obstrui, conjectandi libidini sunt, qui indulgent. Si siat, natura ad excretionem accincta, arte haud adjuta. Parotidum atque lethargi causa, minime est medicina, sed morbi impetus illuc conversus; surditas levis, à certamine inter febrile & antidotum vincens orta, sebre curata, aut & omisso cortice sponte cessat, (q) illam a corti-

(p) H. BOERHAAVE Prax. Med. T. III. S. 758.

⁽q) R. MORTON nunquam vidit aliquid mali inde contigisfe. v. l. c. exerc. I. c. 7. p. 51.

cortice non produci, patet ex febribus ardentibus absque cortice fanatis, in quibus idem symptoma, usu seri lactis cessavit. Rheumatismus frigidus, (r) scorbutus, corticis largiori usui supervenientes, (s) antiscorbuticis facillime cessere.

6. XX11.

Febrifugum fluida & folida intermittentibus mutata alterare, raro evacuare, funt, qui limitant: alii, febrem quidem fuspendi, ast minime tolli, perfricta fronte asserunt; enasci contra symptomata ratione febris leviora, mala vero chronica respectu aegri pessima, saepissimeque intermittentes reverti. Objectio sponte cadit, causam nimirum malorum non specificum, sed hujus usum intempestivum, aut licet rectum, tamen non satis diu continuatum esse.

G. XXIII.

Ex dictis constat, genuinum Peruvianum cofticem ut primarium medicamentum, rite exhibitum, aegrorum solamen, Medicorum nonnullos in dignoscendis morborum essentiis atque remediis inscitiae arguisse. Ut congrua exhibendi methodus indicetur, intermittentium causae, indoles, essectus, & exitus, aegri requisita, & cautelae sub specifici usu & post exhibitum observandae, determinandae restant.

on of Salve

(5) H. BOERHAAVE Prax. Med. T. V. S. 1150.

⁽r) TH. SYDENHAM Epist. I. Resp. p. 186. edit. Genev. Emplastrum de Hyoscyamo hoc in casu laudatur a Ludovico in Dissert. pharmac I p. 307.

G. XXIV.

Ex intermittentium causa proxima (6. XV.) patet, vi motrice imminuta, depravata, fluida lentescere, ex remotis vero προηγεμένη & προκαταριτίκη illa, & morbus ipfe oriuntur: cujus periculum, decursus, exitus, ratione indolis differunt. Vernales absque recidivis cito folvuntur, nec fenibus exitiofae; autumnales faepe revertentes, duplices, in continuas pronae, cacochymicis funestae, tertianae interdum in quartanas abeunt, fuperveniente simul hydrope, non ita vernales, quae tertianae manent. Intermittentium paroxysmi, typi, respectu copiae, indolis, activitatis febrilis, & corporis habitus variant. Diagnofi fic facta, (t) prognosis specialior statum cruditatis, pepasmi, & crifeos, hinc intermittentium exitum fistit.

G. XXV.

Crudum, natura & arte vix mutandum ex folidis & fluidis depravatis cognoscitur. Consistit enim vel in copia vel in qualitate, ob adventitia cum crudis non subigenda. In solidis cruda sunt ultimae coctionis excrementitia retenta. Vi motrice depravata, liquido nerveo lentescente, & arteriosum stagnat; increscente morbo cruda accumulantur, illius in reliquo decursu symptomatibus remittentibus, haec jam cocta, assimilantur coctis, noxia excernuntur.

S. XXVI.

⁽t) H. Boerhaave Aphor. de cogn. & cur. morb. §. 749.

g. XXVI.

Decumbentis viribus, crudi qualitate perspectis, coctio arte naturam adjuvante, indicationibus, vitali, praeservatoria, curatoria, si opus, apalliativa absolvitur tota. Haec eo citior, tutiorque, quo vis vitae major, crudum naturali statui propius, pars laesa vitae minus necessaria, (u) quemadmodum ex aegri levamine, symptomatum remissione, constanti virium incremento, functionum restitutione patet.

G. XXVII.

Natura an vincat, an fuccumbat, tempore; eventu & loco excretorio cognitis, certam morbi prognosin facimus: illa, si repugnat, nec ipsa medicina buic succurrens, proficit (x). Ratio dierum criticorum imparium in morbi incremento & coctionis constantia latet: cum, illo per triduum increscente, feptimo erit crisi, requisitis (5. praec.) enumeratis praesentibus. Natura, provida curatrix, necessaria suppeditando, arte secundante, cocta ad emunctoria delegat; hac neglecta, illa vero perturbata, crisis & optima, funesta; naturam ad crisin se accingere, perturbationes criticae brevi levantes indicant; optimam, figna praec. S. enarrata promittunt, inter quae Medicorum Parens, & Eximius SYDENHAMUS ad excreta & qualitates corporis externas exactissime respexerunt.

S. XXVIII.

⁽u) H. Boerhaave Instit. Med. S. 943. f.

⁽x) A. C. CELSUS L. III. c. I.

6. XXVIII.

Autumnalium intermittentium ferociae tesseram expertis, cortex Peruvianus praescribatur. An morbus idiopathicus, an fympathicus, an vero compositus sit, distinguatur: in illis intermittentes cortice tollantur; in composito, morbo plus urgenti occurratur, pro aegri statu J. seq. delineando, & febrium indole. Haec, si pessima, extraordinaria, cortex nocet: si epidemica depuratoria, apoplectica, foporofa, conducit; fi maligna, difficulter: si continens, antifebrili nunquam discutietur: si continuas affectet, Peruvianus permittatur (y): in vere continua plus nocet, quam prodest. Paroxysmorum intervalla, quo minora, anni constitutio quo veri propior, eo citius febris cortice curatur. Intermittentibus vernalibus plerumque fere sola natura arte levi adjuta, medetur.

g. XXIX.

Indicationibus tribus, totque requisitis perpensis, sebrifugus in autumnalibus intermittentibus exhibeatur. (z) Febris si vehemens, si diu tolerata, corpus ex aegritudine jam debile: in aegro quoque nulla adsint signa inflammationis internae, scirrhi, puris, abscessus, aut obstructi visceris, cujus resolutioni febrifugus impar. Exhibendi methodus, rite administranda, quo tempore, ordine, qua dosi, qui-

(y) TH. SYDENHAMI Epist. I. Resp. p. 190.

⁽²⁾ H. Boerhaave Aphor. de cogn. & cur. morbis §. 767.

quibusdam appropriatis, quo sub regimine aegri cortex exhibeatur. Hic decumbenti conducit, sive puerilis sit aetatis, sive aetate sloreat, nocet senibus: nunquam prodest temperiei frigidae, plethoricae, cachecticae, scorbuticae; si alvus stricta, evacuationes sanguinis naturales suppressae, cortex vetatur. Obesi, malo hypochondriaco cum materia laborantes, gravibus animi pathematibus obnoxii, illi, quibus hypochondria tument, specifico hoc abstineant; nec non rheumatici, arthritici, podagrici, epileptici si intermittentibus assignutur, hae enim Podagram, Epidepsiam, ni curant, saltem multum levant.

Aphthae, hydrops, si intermittentibus superveniunt, haemorrhoidum, & sexus amabilis menstruus sluxus corticem exhibere non vetant. Ni periculum in mora, primis diebus utriusque sluxus regularis, transactis, specificum offeratur, ejusque usus continuetur; in excessu peccare praestat, quam in desectu. (a) Haemorrhoides coecas cortex nunquam excitat, potius praepedit, si Nitrosa simul interponuntur. (b) Naturales enim sanguinis evacuationes nec sistit, nec auget: enormes moderatur, moderatas adjuvat. (c)

J. XXXI.

is, and tempore, oraine, and des

⁽a) P. G. WERLHOFF de Febr. intermitt. &c. p. 162.

⁽b) M. LISTER de Font. Med. Angl. c. 1. §. 5. (c) J. MEAD de Imperio Solis & Lunae in corpus humanum. c. III.

G. XXXI.

Eadem corticem exhibendi methodus, intermittentium indoli, & aegri temperiei non omni conducit. (6. XXIX.) Emeticum, purgans, diebus, quos febris praestat integros, praemittendum, cruditates primarum viarum imperant: (d) fic cortex efficacior, autumnales debellando, aegri vigorem restituit, si plethorae suspicio subest, ante quam decumbens vomat, vena pertundatur. (e) Graviditas, lochiorum fluxus catharctica vetant, urgente tamen periculo fanguis ex brachio detrahatur. Intermittentium autumnalium indole cognita, electionis tempore fexto paroxysmo absoluto, sub απυρεξία antifebrilem exhibemus, nunquam vero statim post pastum (f): attamen periculo ingravescente, si aeger debilis, constitutio si epidemica depuratoria, praemissis ubi opus praemittendis, specificum & remissionis tempore (g) cum successu assumitur: ingesto, motus febriles sentiantur nec ne, qui neutiquam remedio, sed soli morbi indoli, aut errori in sex non

(d) Secundum canonem Schedulae Romanae a Jonquetto in Latinum fermonem translatae, quae in Horto Parisino prostat.

(e) H. Boerhaave Prax. Med. T. III. §. 762. V. S. faepe & temerarie instituta laudatur in literis J. Patein, licet aegri inde pessime mulcati fuerint.

(f) Ephem. Nat. Cur. A. 1689. T. VIII. Dec. II.

TH. SYDENHAM Epift. I. Resp. p. 187.

naturalibus commisso, adscribendi, corticem per unam alteramve hebdomadem, dosin sensim castrando, exhibere pergimus, donec & minimae sebris vestigia evanuerint. In autumnalibus duplicibus, triplicibus, si paroxysmi non uno eodemque die contingunt, aeque ut ante, febrifugus prodest.

6. XXXII.

Cortex Peruvianus electus in pulverem redactus paucorum arridet palato, nec omni favet ventriculo, licet in aliis citius ac efficacius vires fuas exferat, quam reliqua praeparata ex illo S. L. A. confecta: (b) praestat pulverem cum syrupo appropriato in electuarii formam redigere. Ut officiosi placeamus aegris, variae praeparandi methodi excogitatae. Sic corticis uncia una cum vigecuplo aquae infunditur, infusio eousque iterari potest, donec insipida redeat aqua. Quantitas aquae ad quantitatem corticis, non eadem semper requiritur, quum infusum nunc concentratius, nunc aquosius, pro morbi & aegri circumstantiis requiratur. Quadruplici methodo infusum antisebrile paratur, TALBORIANA, TOR-TIANA, CLOSIANA seu BEROLINENSI, & MORTONIANA: cum hac convenit TORTIA-

⁽b) Forte electrica vis febrifugi vires sic intendere valet, ut minima dossi eosdem praestare possit effectus, ac maxima. Analysis Chemica determinavit quantitatem principii terrei in cortice contenti.

NA, (i) in qua moderamen continuandi medicinam, & accuratum iterandi intervallum laudantur, (k) & MORTONIANAE favet, fed fi periculum instat, & morbi velocitas urget, illam non sufficere existimatur. TALBORIUS unciae integrae corticis affudit pintam integram vini rubri, digessit per quatriduum, per sex dies sebricitantibus exhibuit, singulo die ter quaterve cyathum promiscue, paroxysmo fere absoluto. Eadem corticis quantitas vigintiquinque unciis aquae per bihorium decoquitur, decoctum colo trajectum exhibetur, ex hoc bocheto, confistentia mutata, extracta aliaeque variae formae medicinae parantur. Ad Claretum (1) conficiendum, unciis viginti quinque vini generosi Rhenani uncia una corticis Peruviani sufficit, maceratione per octiduum, aut & digestione extemporanea praegressis. Sic vires antifebriles in principiis gummoso, refinoso, & falino delitescentes, optime evolvuntur.

(i) Differentiam v. in N. BLEGNY Remede Anglois p. 41.

& in Zodiaco Gall. A. V. m. Januar. obf. 1.

(k) Talboriana laudatur dans traité les admirables effets de Quinquina. Paris. 1689. Tortiana recensetur in P. G. Werlhoffii Tract. cit. p. 167. Talborii l. c. p. 90.

conf. Act Erud. Lipf. A. 1746. p. 220.

(1) Artem clareta febrifuga cum musto, aut cerevisias medicatas cum appropriatis conficiendi v. Ephem. Nat. Cur. A. 1689. T. VIII. Dec. II. obs. 2. D. Tauwry l. c. T. II. p. 213. Methodum claretum febrifugum vindemiatorum parandi v. De La Garay Chemie Hydraulique p. 120.

tur. Attamen exempla prostant, haec febrifuga clareta febres inflammatorias induxisse. Tinctura paratur, si ex uncia una corticis resina cum decuplo Alcaholis extrahitur, quae infantibus, aut & adultis, fi fummum urget periculum, forma misturae concentratae offertur. Effectus, qui citissimi, mox evanescunt. Liquor hic inspissatus, constituit extractum gummoso resinosum, priori extracto efficacius magisque pretiofum, quod exficcatum forma pulveris cum faccharo, aut cum acidis maritatum misturae concentratae instar praescribitur. Recensita assumere nec volentibus. nec valentibus, ex decocto enema febrifugum (m) fœcibus ante eliminatis, injiciatur; aut & abdomen linteis febrifugo ebriis embrocetur. Hisce omnibus falina, & in morbo composito, cephalica, opiata, fudorifera, pectoralia, ftomachica, uterina, pro morbi indole jungantur: in intermittentibus autem medicina, quo fimplicior, eo est melior atque tutior; generosis enim admistis, volumen augetur, & specifici efficacia ni destruitur, faltem infringitur.

G. XXXIII.

Ordo, profecutio, & vicissitudo, circa exhibendum febrifugum; proportio quoque inter morbi longitudinem, corporis habitum ac medicamenti effica-

⁽m) Inventor hujus methodi fuit Helvetius. v. ejus tract. methode de guerir des fievres, fans rien prendre par la bouche. Conf. Th. Fulleri Pharmac. Extempor. Tit. enemat. febrifug.

efficaciam juste perpendantur. Corticis Peruviani electi dosis ordinaria in autumnalibus intermittentibus regularibus, soporosis (n) quoque, schedulae Romanae erat duarum drachmarum, quae nostris temporibus ad uncias sesqui extenditur. Dosin bene divisam omni trihorio ad drachmam integram forma pulveris exhibere præstat: ut morbo imperemus, & subsequentes doses per praecedentes in actum deducamus. Infusum & decoctum fexies de die fingula vice ad unciam integram offertur, claretum vero eadem dosi quater, extractum omni quadrihorio ad magnitudinem nucis Moschatae, tinctura ad guttas triginta aliquoties de die deglutitur, fal essentialis febrifugus methodo (6. 6. XI. XII.) descripta paratus, adultis ad drachmam dimidiam, aut & majori dosi, si drachmae duae in pinta integra vini rubri solutae, infantibus cum faccharo ad grana duodecim, forma pulveris, cum fyrupo ad grana viginti quatuor, diebus a febre vacuis exhibetur. Clyfmatis febrifugi quantitas, erit triplo major, ac fuit dosis decocti.

G. XXXIV.

Cortice exhibito & continuato, morbo afflictus, jam in fanitatis limine versans, per aliquot hebdomades in sex non naturalibus contineatur. Aëre utatur sicco, temperate calido, frigora

⁽n) Cl. L. HEISTERUS in fund. med. p. 91. hac in febrium specie Corticem Peruvianum unicum & divinum medicamentum dixit.

gora matutina & vespertina ne subeat: victum ratione morbi praegressi componat, excessus hic semper tutior, quam nimia sobrietas, ne restitutus fere, in animi deliquium incurrat; pascatur victu euchymo, fuafu M. SYDENHAMI mero parce, sed crebro irriget pulmones; fructus horaei, lacticinia, potus frigidi, sorbillationes nimiae Coffee, & praeter corticem medicamenta alia, ne offerantur. Cibi capiendi tempus & copia legantur, haec fit parca, illud bene repetitum, ut degustando fames vitetur: gravidae victus, bina corpora fimul fustentans, puerperae vero is, qui vires refocillat, praescribatur. Debilis adhuc, somno solito largiori indulgeat, exasperaturae animi decumbentis notitiae fubtrahantur, quantum in viribus Medici. Sub febrifugi usu aeger foveatur balneis, ut diaphoresis conservetur, indusia febrili sudore perfusa fedulo mutentur cum ficcis, puris, a fano homine per noctem adhibitis: corpus stragulis aut nimio vestitu ne gravetur, & tempore diurno lectum fugiat. (0)

S. XXXV.

Intermittentium specifico terga dantium exitus in sanitatem, prognosin tempore ἀπυρεξίως instituimus. Paroxysmi imminutio, symptomatum remissio,

2 3

⁽⁰⁾ Huic Sydenhami monito contrariatur J. Rajus
1. c. forte, ut diaphoresis augeatur, & animi deliquium avertatur.

missio, pulsus aequabilior, fortior, (p) urina multa, limpida, slavescens, (q) sœces naturalis coloris, particulis Raphani seminibus similibus intermistae: (r) alvus solito strictior nil mali ominatur, cibi appetentia, vigor restitutus, (s) lingua sana, color cutis naturalis. Multoties crisis circa os, nares, diaphoresis, salivatio naturalis, vomitus cum informatio, fallutares haemorrhagiae, (t) saciei inflatio, in infantibus tumor circa lienem. (u) Quae prognostica licet rariora, fausta interim quaevis praesagiunt: somnolentia circa vesperam ingravescens, bona.

J. XXXVI.

Indicationibus (6. 6. XXVII. ad XXXI. & XXXIV) licet rite observatis, corticem absque fructu

(p) F. HOFFMANNI Med. Syft. Rat. T. I. S. I. 369.

(q) Eph Nat. Cur. Vol. nov. J. obs. 128. conf. Brunne-Rus de pancr. p. 54.

(r) F. DEKKERI Exercit. Pract. p. 252.

(s) Appetitus nimius comitatur corticis usum nimium, hunc quaevis amara excitant. Sic orgasmus materiae febrilis simul retardatur, haec incitata non cocta, per μεταχηματισμόν multas aegritudines inducere valet.

(t) Obs. Albertini v. J. Nihell obs. de pulsu p. 94.

(u) M. SYDENHAMUS S. 1. C. 5. p. 60. ed. Gen: ingenue fatetur, nullam superesse spem in infantibus intermittentes autumnales abigendi, nist abdominis regio circa LINEAM. G. a SWIETEN Comment. T. II. p. 82. dicit, circa LIENEM indurari ac tumesseri coeperit: iisdem enim gradibus, quibus boof symptoma supervenerit, febris quoque sugam meditatur.

fructu exhibitum, fymptomata in intermittentibus insolita contigisse, quibus per medicamenta illico occurrendum. Si cortex, fimulac ingestus, tussi, vomitu, alvi dejectione ejicitur: caufae funt vel medicina effceta, vel aegri natura ad has evacuationes proclivis, quibus si febre simul praesente corripitur, ob intermittentium indolem, plus, minus, aut nullo modo regularem. Haud raro febre afflictus ob solam idiosyncrasiam specifico graviter offenditur, cum respiratione difficili, anxietate praecordiorum, infomniis, quae ἀπυρεξία licet permanente, in spasmos, convulsiones, & epilepsiam transeunt. Antifebrilis cortex malorum istorum non causa, sed medicina, (XLIX) experientia quotidiana docente, permulta medicamenta & alimenta, plurimis hominibus amica, idiofyncrafiae obnoxiis infestissima effe.

6. XXXVII.

Symptomata haec sunt mitiganda: ventriculi exprobrationi antiemetico, ex succo Limonum & sale Absinthii parato, occurrimus: hausto dein opiato Corticis Peruviani usus continuetur. Tussim expectorantibus, & aquis medicatis Selteranis, Spadanis, mitigamus. Dejectiones alvi clareto sebrifugo cui opiatum associatum, infringimus: intestinorum tormina pilulis ex similibus paratis levamus, omni quadrihorio envertias tempore offerendis. Cortex Guianensis Simaroubae hic praestantissimus. Opiata quum

quum quibusdam vertiginem inducunt, praestat, ut aeger lectulo se contineat. Symptomata ab idiosyncrasia orta, abstinendo a specifico, solis lenientibus, laxantibus, antispasmodicis mitiganda, & febres methodo alia, licet minus certa, absque divina hac medicina discutiendae sunt.

9. XXXVIII.

Intermittentibus autumnalibus specifico ablatis, recidivas fedulo avertamus, facile enim revertuntur, nist a sano aliquamdiu timeantur. (x). A febre jam plane liberato, diaeta (J. XXXIV.) praefcripta, proficua, quae illo die, qui saeviente febre erat paroxyfticus, sit exactissima. Reversio ut præcaveatur, funt qui chinagogon frustra desiderant, ut latens, quod timent morbofum excutiatur. Sed catharctico exhibito natura debilitatur, universo corpori dyscrasia inducitur, qua intermittentes recrudescunt: sic enemate mitissimo, mox a morbo liberatus faepe in vitae periculum incurrit. Necessitate fumma urgente, intervallo post ultimum paroxysmum transacto laxantia permittantur, simulque cortex quotidie toties ac ante, dein ter, per binas, tresve hebdomades, & ultra, sub diaeta ante praescripta offeratur.

6. XXXIX.

Autumnales tertianae reversionum feraciores; quam quartanae, ob minora paroxysmorum intervalla,

(x) A. C. Celfus. L. III. c. 16.

valla, in quibus febrile peccans febrifugo tam cito exfaturari nequit. Reversionum jam factarum periculum, ratione medendi methodi praegressae, morbi indolis, & aegri naturae differt: recidivae raro in morbum chronicum definunt. Ab autumnali vix restitutus, viribus exhaustus, ob praegressam medelam sine cortice peractam, quae intermittentibus impar: vel cum illo fed non recte exhibito, aut & ob febrem uno eodemque die multiplicatam. Febris sic revertens saepe sub imagine aliorum fymptomatum delituit, non ex genere intermittentium, quae Cortice Peruviano sanata, visa. Constitutio intermittentium si epidemica; illae si exspectatione, aut antisebrili intempestive exhibito sublatae, reverti amant: in quibus periculi magnitudo, ratione febrilis relicti, copiae, qualitatis, mobilitatis differt; nec non respectu temporis, quod si incidat in hebdomadem. quae si perseverante autumnali esset paroxystica, reversiones plus erunt periculosae, quam si hebdomade olim a febre vacua contigerint. Qualescunque sint, specifici iterato usu abigantur.

mulque do X or Sucurio conce ac ac-

Inter reversionum causas, a crist relicta aegrum facile in recidivas revolvere possunt. (1) Hae, vel nothae ab impersecta Artis medela & naturae factae, cum motus febriles nondum plenarie subsidentes, novos paroxysmos inducunt: vel verae, ex medela

(y) v. Hippock. Aphor. 12. Sect. II.

medela febrifuga intercepta, non satis diu continuata. Nothae aegrum in functionum exercitio non multum impediunt; cortex antifebrilis harum neutiquam est causa, (2) methodus potius illum exhibendi incongrua. Reversiones, an ex sola naturae consuetudine paroxysmis exhaustae, oriantur, jure de hac STAHLIANORUM sententia dubitamus. Catharctica nimis, vel incongrue exhibita, errores in sex non naturalibus commissi, (a) reversiones, prioribus leviores, saepe producunt.

S. XLI.

Intermittentes autumnales regulares hebdomadibus duabus, tribusve elapsis revolvuntur, quum paroxysticae hebdomades diebus paroxysticis sint numero pares. Tertianas regulares decimo quinto die, quartanas & quotidianas inter se conformes, quae a quartanis duplicibus exquisitis & irregularibus vix discernendae, hebdomade tertia paroxystica exeunte, aut ineunte quarta, saepe & quatuordecim dierum spatio redire observatum. Quotannes intermittentium reversiones quandoque contigerunt. In constitutione epidemica, licet diaeta aegrique regimen exactissime serventur,

(a) S. SANCTORII Med. Stat. aph. 10. 11.

S. XLMI.

⁽z) Quia intermittentes sine cortice sanatae, quoque revertuntur. v. LANCISII Epid. 4. p. 292. 389. Ipsi HIPPOCRATI jam sermo est de recidivis.

tur, si intermittentes quodammodo regulares, alternis hebdomadibus revolutae: in anomalis autem ob causas extraordinarias nullus dies a sebre immunis. In genere, intermittentes autumnales, in sexu amabili plerumque circa periodum imminentis menstrui sluxus revertuntur.

S. XLII.

Prophylactica indicatio circa recidivas exigit; febrifugae medelae (§. XXXVIII.) aliquamdiu insistere, licet & tune nihil febrilis motus sentiatur. Si quae febricula sub corticis usu enascatur, nil mali inde; eadem tantum medela continuetur. Optime reversiones avertimus, si octavo die cortex Peruvianus ter ad drachmam integram, & ultra, pro ratione medicamenti formae diversae offeratur, cavendo, ne dosi largiori febris incitetur, aut jam incitata turbetur. Si quartanam aut & quotidianam metuimus, corticis uncia una tripartita, aut salis essentialis dofis (6. XXXIII.) determinata, methodo, qua ante usi, tempore a nugețias illis diebus tertiae hebdomadis, qui in prima fuere paroxyftici, deglutiatur. In erraticis, si tertiana praegressa, quartanam exspectamus, eadem procedimus methodo; dein in tertianis per decem, in quartanis & quotidianis per quatuordecim dies specifico abstinemus, quibus elapsis, per octiduum, diebus vacuis specificum praescribere pergimus; donec aegrum in falvo esse, constet.

my and fold I. I. I. X M. oum cophalaes,

Neglecta જિલ્લામાં , reversionibus jam factis, secundus paroxysmus praecaveatur, faepe nec prioris anugetian exspectemus citra specifici usum. In autumnalibus exquisitis ac multiplicatis revertentibus, octavo die post ultimo exhibitum corticem, eundem determinata dosi (6. XXXIII.) per menfem praescribimus. Si regulares in anomalas abeunt, antifebrilis ἀπυρεξίας tempore, pro morbi indole & typi ratione largius offeratur, ut fini secundae & initio tertiae hebdomadis prospiciatur. In maximis periculis, specificum & extra anugegias cum successu exhibere, fas est.

WEXTING

Antifebrilis per utilis quoque in illa febrium plerumque quotidianarum specie, qua una alterave corporis pars corripitur, reliquo corpore a febre prorfus immuni: cum pulsus in parte affecta febrilis, in carpis vero maxime naturalis. Topicam hanc in aliis indicabat vehementiflima hemicrania (b) periodica: aliis orbita circa foramen nervi optici acutissime dolebat: aliis brachium inalgescebat cum sensu insolito, reliquo corpore calente. Quotidiana illa calefacientibus exacerbata, e regulari in anomalam duplicem, triplicem, mutata; (c) antiphlogisticis non cedens, cortice Pe-

⁽b) R. MORTON 1. c. p. 147.

⁽e) G. a SWIETEN Comm. T. H. p. 534. Mifc. Nat. Cur. Dec. I. A. III. p. 381. F 2 ipe-

ruviano folo fublata. Similem cum cephalaea, & tumore faucium febrem, quae Helvetis lues frigida dicitur, egregius hicce cortex mitigat. (d).

(d) J. J. WEPFERI observ. med. pract. de affect. cap. obs. 46.

eminera con SECTIO III.

entidocalin de compore, pro morbi in-

CORTICIS PERUVIANI

USUM NOXIUM

brilis per utilis N Toue in illa febrium ple-

FEBRIBUS INTERMITTENTIBUS,

EARUMQUE RECIDIVIS.

TV LX Street inside

Febrifuga vi Peruviani corticis cognita recteque applicata, nunc ejus usus noxius in intermittentibus subjungendus. Medicinae per se salutari, neutiquam medentium incuriae infamiam affricantes, illam mille nominibus, totque nocendi artibus notatam, effutiunt. Maledicendi libidine prurientes, non veritatis amore in divinum hoc spefpecificum invehunt, quod lernam malorum pessime incusant. Sic, ut in arte versatos illud praescribere vestigia terreant. Falsissimum idem, aegris sibi commissis inculcant, corticem Peruvianum omnis generis malorum chronicorum fertilem: (§. §. XIX. ad XXII.) inde tumens abdomen indurari, hydropem, tympanitem, tussim, phthisin, podagram, scorbutum, alvumque stipatam enasci. Sic optimi vegetabilis nomen adeo multis invisum, ut si de China sermo, ipsis jam bilis moveatur. Experientiae palam contrariantes objicere audent, corticem systemati nerveo inimicum, passionum hystericae, hypochondriacae, melancholiae, convulsionum, & epilepsiae esse causam.

S. XLVI.

Specificum querelarum pondere pressum, germens vindicare oportet. Malorum enumeratorum aliquando quaedam inde oriri, quis negat? corticem vero exhibitum illa producere, nec ullus concedet artis peritus. Constat, mala succrescere posse, si intermittentium indoles ac temperies aegri (§. XXIX.) haud satis trutinatae, & ressex non naturales sub febrisugi usu haud prudenter directae. (§. XXXIV.) Eadem saepe contigisse infortunia in intermittentibus absque cortice discussis, observatum. Corticem systemati nerveo inferre noxam, ex simili derivatur errore: si illud perturbet, certe sola aegri idiosyncrasia accusanda, aut exhibitus febrisugus non suit genuinus.

F 3 §. XLVIII.

murolam man 6: X.L V I I.

Experientia Cel. Practicorum docet praeterea, medicinam hang vere divinam, affectus systematis nervei mitigare, saepe penitus curare. Hydrops quartanam interdum, & citra corticis Peruviani usum comitans vel subsequens, hoc continuato, vel absque illo, sponte proximo vere avolat. Si error commissus, hic vel in effoeto, adulteratove cortice latet, aut circa dosin exhibiti genuini peccatum excessus enim hic praestat, quam defe-Aus. Medicum ergo decet, ut Artis suae optime fit gnarus, ubinam specificum, cautelis ante traditis perpensis, exhibendum, ubi ab illo abstinendum, sciat. Officiosus quoque sit, licet cautelae supra traditae observatae suerint, intermittentes tamen nihilominus revertantur, aut si decumbentes praejudiciis excoecati, febrifugi neutiquam infiftat: sed hilari fronte medendi methodum mutet, & compendiosae longam, tutae minus certam praeferat. Ilabosup obusupila munot

cornicem vero ekilili And Xpred ucere nec ul-

In hemitritaeo vero plerumque maligno, ex febre acuta remittente & intermittente composito, nocere corticem, ex observatis constitit: quia remissio vix notabilis pro morbi indole, tempora medicinam osserendi, eripit. Si intermittentium autumnalium genius sixus, si aestatem brevem humidam, autumnus valde humidus excipiat, specifico abstinemus. (e) In regionibus sub linea

⁽c) A. 1719. 1720. in Belgio, A. 1690. 1691. fimile Mutinae a RAMAZZINO fuit observatum.

linea sitis, in locis paludosis, ubi intermittentes pertinacissimae, quae nunquam cortice tolluntur, nisi pessimus exspectandus successus.

SECTIO IV. sag . mgo it

final est anuscismodicam & anuscipricricum.
Sistens

CORTICIS PERUVIANI

USUM EGREGIUM

laxitate milero-affecta, w pitex cum vino rubeo in-

MULTIS ALIIS MORBIS.

greffix luperveniunt; (b) riuxui cochaco, hepatico, lienteriae, disbeti, dyfenteriae inveteratae corerie occurrit; XI, X i. 2 ad inferiora de-

Infignes febrifugi corticis effectus principii adstringentis & amari indicandi restant. Adstringens singularis virtutis solida roborat, & effectu
vix explicando, consentiente M. Sydenhamo,
systemati nerveo favet: si usus ejus sit diuturnior
ac in intermittentibus, & aeger non suerit scorbuticus. Extractum corticis Peruviani cum Moscho epilepsiae, connatae quoque medela, quotidie
per tres septimanas, in sexu sequiori vero omisso
Moscho per periodum menstruam exhibitum, haustis insuper aquis Pyrmontanis. Spasmos, convul-

vulsiones, aphoniam cortex mitigat, (f) passioni hypochondriacae sine materia, ex ataşsa spirituum & motu peristaltico debilitato exortae, in Melancholiam & Maniam (g) desinenti, quae puerperis haud raro superveniunt, antiphlogisticis, si opus, praemissis, optime occurrit. Optimum simul est antispasmodicum & antihystericum.

S. L.

Principium, benignissime adstringens amarum, diregetsiar, & diregetsiar tollit, vomitum, cruentum quoque, singultum sistit, haemorrhagiam narium periodicam, haemoptoën compescit. Intestina a laxitate misere affecta, cortex cum vino rubro insus solatur. Diarrhoeis a laxitate ortis, nec non illis, quae puerperiis, abortibus brevi praegressis superveniunt; (b) sluxui coeliaco, hepatico, lienteriae, diabeti, dysenteriae inveteratae egregie occurrit: ventris sonitus ad inferiora devolvit, acidum primarum viarum harumque cruditates corrigit (i). In colica paralytica sebrem praesentem tollit, imminentem mitigat, a doloribus praecavet, vermes in intestinis stabulantes

(f) P. G. WERLHOFF. 1. c. p. 140.

(g) H. BOERHAAVE mat. med. p. 195. cap. de mania Th. Sydehami Diff. cpift. p. 273.

(b) N. BLEGNY I. c. p. 74. Corticem in diarrhoea ab acri

orta pessimo cum successu exhibuit.

(i) J. Boeclerus in not. ad P. Hermanni Cynof. Mat. Med. T. I. p. 208.

lantes necat, (k) aphthis deciduis tubum alimentarem roborat. Nec minus in morbillorum recessu ufus corticis Peruviani per aliquot hebdomades continuatus convenit: in variolis confluentibus regularibus, paroxysmo remittente suppurationem adjuvat, in fanguineis vero virtutes dissoluto fanguini oppositas, exserit. Hydropicis ob destructam sanguinis crasin haemorrhagias passis, aut & paracentesi peracta ad amissum tonum restituendum offertur. (1) in decremento morborum acutorum haec amaricans medicina, naturam incitat, & omnem chronicorum malorum metum praecidit. Dolores circa juncturas artuum graviter olim contusorum, nunc quavis tempestatum mutatione recurrentes, (m) tollit. (n). Tinctura ore agitata, gingivas exfangues, fanguinem plorantes, cito floridas restituit.

5. L I. electic correx modice prudenter exhibitus, profi-

Generoso hoc medicamento sexui seguiori amico, vasa uterina jam atonica, amissum elaterem Command Pran Med. T. V.

(k) Misc. Nat. Cur. A. X. Dec. II. obs. 140.

(1) Ephem. Nat. Cur. nov. Vol. I. obf. 128. BRUNNERI.

(m) P. G. WERLHOFF. 1. c. p. 109.

r) aperis, roborat,

(n) Incolae Regni Peruani seminibus Quinquinae, quae nobis suspecta esse videntur, in contusionibus utuntur, quae incolis Pasmus dicuntur. v. Relation du Voyage de la Mer du Sud aux cotes du Chili du Peru & du Bresil par Mons. FREZIER T. II. p. 416.

recuperant, qui toti vasorum systemati communicatur. Extractum corticis Rheo & limatura chalybis recenti nuptum, menstrua confusa componit, (0) suppressa restituit. Lochiorum fluxum inordinatum dirigit, nimium compescit, (p) fluorem album molestissimum tollit. Dysuriam cum tenesmo, (q) a calculo irritante ortam, regimine, dosi, ante traditis, cortex eodem modo uti in epilepsia exhibitus, optime levat. Attamen instans fexus amabilis ordinarii fluxus periodus a medicina abstinere jubet. Impotentiam sexus virilis procreandi fobolem, si illa ex partibus nimis relaxatis orta, corrigit: gonorrhoeae benignae ex eadem causa productae, curationem quoque absol-). Inctura ore agriv recurrentes, (m) tolift. (n

ta, cingivas exlangilel, Lingvinem plorantes, ci-

Amarum hujus vegetabilis exotici per univerfum corpus se diffundens, (r) aperit, roborat, digerit: cortex modice prudenter exhibitus, proficuus est in podagra, (s) inveteratissima quoque, -usdryala uterina jam atonica, amillum elaterem

(0) H. BOERHAAVE Prax. Med. T. V. S. 1291.

(p) Ib. S. 1327. conf. Fr. MAURICEAU obf. de la grosfesse. obs. 272. & obs. 697. Ephem. Nat. Cur. A. II. Dec. Appen. Ivat. Cur. nov. Vol. 1. ook. 128 .00 .q .HI

(q) A. C. Cochir vindiciae cort. Peruv. ed. Rom. p. 63.

(r) C. LINNAEI Amoen. Acad. Vol. I. p. 394.

(5) TH. SYDENHAM. T. I. p. 314. 1. c. expertus ipfe folamen. Ephem. Nat. Cur. Dec. III. A. VII. VIII. obf. 207. p. 346.

rheumatismo, arthritide, & malo ischiatico, (t) si omni die mane & vespera offertur. Aperientibus praemissis, in ictero, (u) in strumis, scrophulis, tussi & asthmate convulsivis, a multis laudatur.

erebi.It i dellin . Zinimentum quoque

Balfamica virtute egregius hic cortex simul antisepticus, (x) ab insigni Sydenhamo, in phthisi confirmata, (y) & febre hectica, remissionis tempore, cum appropriatis balfamicis, abstergentibus, pectoralibus, exhibitus. Si venam secare conducit, haec ante pertundatur. Idem Alcahole irroratus, sudores nocturnos, phthisicos exhaurientes, compescit; expectoratio tamen quam supprimit, arte adjuvanda. Sic phthisici pro deploratis habiti, a febre hectica immunes, per plures annos superstites. In abscessu hepatis externo laudabile pus consicit. Insusum corticis aquosum in inflammatione intestinorum optimum est vulnerarium.

6. LIV.

non Turcae, oleo composito corticis Peruviani, utuntur in podagra, ad confortandum, & ad perspirationem promovendam, optimo cum successu.

(u) A. CAMERARII Differtatio de cortice Peruviano ad icte-

rum extenso. Tubing 730. habita, and was A. v ()

contentam negant.

(y) R. Morton Tract. de Phthisi.

mammatoriis, filtulolis, gangrae.

in pullulis, phlegmonis, con-

object of S. LIV.

In gangraena & sphacelo eadem medicina est antiseptica: sic antisepticis reliquis absque effectu exhibitis, ad drachmam integram, & ultra, electuarii forma quotidie omni quadrihorio exhibetur: cum oleo Terebinthinae in linimentum quoque redactus, parti affectae illinitur. Primus, qui his in affectibus cortice usus, fuit Anglorum dexterrimus Chirurgus Shipton, quem Amiandus Rusworthus, Hampius, Cel. Germanorum Medicus & Chirurgus LAUR. HEISTERUS, fecuti: (z) cancrum mammarum inveteratum optime mitigat. An extus an intus adhibeatur, fere eodem redit. Ulcera ex perasael febrilis materiae ad glandulas depositae, erysipelate simul praesente, persanat. Praestantissimus sal corticis Peruviani effentialis, methodo GARAYANA vel & GIOFFROYANA paratus, a peritissimo Chirurgo Nofocomii Comitis d. l. GARAY in civitate Dinan exstructi, Bigot de Carvilli, fine unquentis & emplastris cum successu exhibitus, in ulceribus prurientibus, inflammatoriis, fistulosis, gangraenam minitantibus: in pustulis, phlegmonis, contusionibus, in fistula lachrymali, morsu canis rabidi, in anchylofi: tumores cancrum minitantes maturat, faepe ad suppurationem perducit, quem-

un Difference de corrice Peraviano ad icie-

⁽z) v. A. Rusworthi Tract. de hac medendi methodo Anglico idiomate conscriptum, cujus summa recensetur a P. G. Werlhoffio I. c. in add. p. 331. s. conf. Transact. Philos. n. 426. Act. Med. Edimburg. T. II. III. IV. Act. Phys. Med. Nat. Cur. T. V. obs. 156.

cattlac.

admodum id fusius allegata Chemia Hydraulica perillustris Comitis de la Garay docet.

6. L V.

An Peruviana haec medicina sola in putridis sebribus sufficiat? merito dubitamus: paroxysmos nondum exacerbatos, si intercedat remissio, prodest, sed si ob diu praegressam inflammationem sanguis jam lentescat, salia resolventia cortici praeferantur. In morbis malignis cum exanthematibus, praemissis universalibus, tunc quum essorescentia animadvertitur, praescribitur. Illum in peste profuisse, gratiosa Neapolitanorum facultas Medica censuit. (a) In variolis confluentibus sebrem vix infringit.

Hic calamum sisto, si quae L. B. displiceant, ignoscere velit. Vires genuini corticis Peruviani me laudasse, fateor: hunc prudenter, methodice, neutiquam vero empyrice exhibendum esse, monui. Sufficiant haec pro specimine Inaugurali quidem, ast juvenili. D. T. O. M. immortales ago gratias, quod ad Lauream Doctoralem aspirans, curriculum meum Academicum eousque fauste absolverim: illi soli prosperum eventum Praxeos meae olim exercendae committo, qui in sui gloriam & proximi salutem conamina mihi proposita dirigat.

(a) Conf. controversia inde orta inter Franc. Tortum & B. Ramazzinum v. Act. Erud. Lips. A. 1716. p. 220. a Lancisio allegata.

TANTUM.

Medicus amicus, melior extraneo. iciat ? merito dubitamus : paroxysmos

fi intercedat remillio, pro-

Medicus Practicus aegrorum diaetam sic componat, ut illorum consuetudini aliquantum indulgeat. v. H. Boerhaave Aphor. &c. S. 602.

erfalibus, tunc quum efflore-

Ut facies, sic temperamenta discrepant; binc eademque diacta non omnibus prodest.

elamum fifto, Noluce L. B. displiceant,

In temperamentis morborum causae frequentissime latent.

Sufficient Vacc pro


In morbis sexus sequioris semper respiciendum ad uteralem afoirans, curriculum meum Acade, munn e-

Vapores ore bausti, in morbis inflammatoriis valde proficui. Valida mini propolita dill'a

In Pleuritide, si Venae Sectio ter est administrata absque effectu, Vesicatorium lateri affecto applicetur.

VIII.

Flatus & Spasmi multorum compositorum morborum causae.



THE PERSON NAMED AND PERSON NAMED IN CONTRACTOR SUCCESSION OF THE PARTY OF THE PA IN ACCUSED THE WESTERN COME MARKON ON AN ASSESSMENT OF THE PARKET

VIRO NOBILISSIMO, DOCTISSIMO,

PHILIPPO SILVESTR. LURSENIO,

MEDICINAE CANDIDATO,

Nepoti fuo ex Sorore

Charissimo,

JOANNES PHILIPPUS BREYNIUS,

M. D.

ACAD. IMPERIALIS NAT. CURIOS. ET

SOCIET. REG. LOND. SODALIS.

f. d. pl.

VIRO NORILISSIMO, DOCTISSIMO,

PHILIPPO SILVESTR. LURSENIO,

MEDICINAE CANDIDATO,

Nepoti fuo ex Sorore

Chariffimo,

JOANNES PHILIPPUS BREYNIUS,

M. D.

ACAD. IMPERIALIS WAT. CURIOS. ET

SOCIET. REG. LOND. SODALIS.

f d. pl.

falutarem & genuinun*ufur* generi humano omnibus modis commendare.



aeculum effluxit, ex quo fingulari Dei beneficio Cortex hodie per excellentiam a patria Peruvianus, aliis China Chinae dictus, Hispanis primo in Regno Peru, & per hos toti postmodum innotuit Europae: in folatium innumerorum aegrotantium, febribus in-

primis intermittentibus graviter vexatorum. Quam amice vero hospes hic mox exceptus, & usus ejus ad miraculum usque fuerit falutaris; fata tamen fuccedente tempore modo adversa, modo iterum fecunda experiri debuit, & qui optimo jure ad coelum extolli merebatur, a quibusdam ad Tartara depelli coepit. Sed brevi refurrexit e fepulchro fplendore eo magis corrusco, ejusque usus non tantum postliminii jure in integrum restitutus, sed etiam ad hodiernum diem usque successive magis magisque confirmatus fuit : obstetricantibus Viris longe Celeberrimis, ex variis gentibus, genuinis Æsculapii filiis, quorum amplissimum catalogum nobis exhibuit ILLUSTR. WERLHOVIUS in aureis fuis de febribus Observationibus, ipse inter primos numerandus. Quid jam magis decet strenuos Artis latricae Cultores, quam memoriae divini hujus Medicamenti faeculari omni nifu litare, & omnium bonorum Largitori D. O. M. pro tanto munere submissas agere gratias, ejusque maxime

falutarem & genuinum usum generi humano omni-

bus modis commendare.

Et haec procul dubio Nobilissime Candidate suit ratio, cur hanc Tibi pro Themate Inaugurali prae aliis selegeris materiam, quam sane sebriferis hisce annis maxime de tempore esse, magnique pro salute hominum usus, concedent facile, queis

ex meliore luto finxit praecordia Titan, & quos nec auctoritatis splendor, nec praejudicii

panicus terror excoecavit.

-ulei

Quam egregie, fideliter, & docte hoc Thema tractaveris, ipfa Tua docebit Dissertatio; de qua optima quaevis iis, qui capax ingenium Tuum, & haud vulgarem nec unquam interruptam in ftudiis diligentiam, Magnorum Virorum a quorum ore sedulo pependisti, Nomina norunt, augurari licet. Gratulor itaque Tibi ex animo, Charissime ex chariffima forore Nepos, fummos in Medicina honores, quos incluta Academia Lugduno Batava, olim & meae deliciae, in Te chariffimum caput ut diligentiae Beaßeier conferet. Deus T. O. M. omnes laudabiles conatus Tuos & aufus fecundet ex alto, faxitque ut omnia cedant in fancti fui Nominis Gloriam, Generis humani falutem, & Honoratiffimorum Parentum gaudium & folatium. Vive diu! Vive felix! meque quoad vixero amare perge. Vale. Dabam Gedani e Museo, A. R. S. MDCCLI. V. Iduum Maji. mos numerandus.

os Artis latricae Cultores, quam memoriae divini hujus Medicamenti faeculari omni nifu litare, & omnium bonorum Largitòri D. O. M. pro tanto munere fubmissa agere gratias, cjusque maxime

Filie

FILIO UNICO ET DILECTISSIMO

PHIL. SILV. LURSENIO,

feliciter exacto curriculo Academico

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

capessenti

gratulationes & vota paterna

transmittit.

SILVESTER LURSENIUS,

Ecclesiae Reformatae Petro Paulinae Pastor.

FILIO UNICO ET DILECTISSIMO

PHIL SILV. LURSENIO,

feliciter exacto curriculo Academico

SUMMOS IN MEDICINA HONORES

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

hold er con capeffenti all anorta kindle

gratulationes & vota paterna

series so many amanes selections to a

SILVESTER LURSENIUS,

Ecclefiae Reformatae Petro Paulinae Paftor.

irreligiofo multum esterpre rendum. Ne dicam

ullum genus studiorum esse hereditarium, cui liberae mentis alumnus jure aliquo adstringi queat, Tu dilestissime Fili Tuo exemplo comprobas, utpote, qui ex sacerdotali familia, si

termino hocce post abolitum V. T. facerdotium uti licet, ex utroque Parente, Patre non tantum Avoque paterno, verum etiam Avo materno oriundus, studia Theologica, quibus primum destinatus eras, cum Medicis commutare, minime prohibitum censuisti; cujus rei ego quidem non primus auctor ac suasor Tibi exstiti, verumtamen cum circumstantias rite expenderem, animumque Tuum hine atque illine fluctuantem, inprimis vero follicitum deprehenderem, mihi forte aliquid minus acceptum eventurum, fi aliud studiorum genus, quam cui Parens vel Avi addicti, eligeres; ego non tantum in tam arduo & gravi negotio liberam optionem Tibi reliqui, verum etiam statim ab initio, quam primum illud animadverterem, Tibi lubentissime significavi, tenerrimum illum affectum ac amorem, quo Te semper sum complexus, nequicquam ideo imminuendum fore, si etiam aliud studiorum genus eligeres. Probe enim fum gnarus, nullum studiorum, vel honestae professionis vitae genus, si rite excolatur, & pietate exornetur, Deo displicere, vel utilitate sua ac emolumentis in vita communi carere; quin potius semper perfuafiffimus fui, mercatorem, vel militem, immo quemvis honestum opificem, si vero cultui divino & pietati studeat, Theologo mundano ac

irreligioso multum esse praeferendum. Ne dicam de disparitate rationis, ab unoquoque homine Christiano, de vita officioque exacto coram tribunali divino reddendae, a Theologo vero, extremisco feribens, longe gravioris, immo gravissimae. Accedebat ne Tuae voluntati refragarer, fuave inter Theologiam & Medicinam confortium; utraque enim Artis falutaris praecepta tradit, & valetudini curandae infervit, illa aegrae menti & fauciatae confcientiae, haec corpori aegrotanti medelam parat: utraque regimen vitae, illa fecundum castam Evangelii disciplinam, haec secundum regulas Diaeteticas praescribit; ita ut uterque Theologus non minus quam Medicus Medicum agat. Quin hoc prae ceteris, iis qui Artem Medicam exercent, ad pietatem proficuum esse potest, quod, dum alii, etiam illi, qui sanctioribus studiis nomen dedere, duxu ac voluptatibus hujus faeculi faepe diffluunt, atque inter jocos & commessationes, quibus quotidie indulgent, nihil minus quam fragilitatem vitae hujus & mortem cogitent, judiciumque reformident. Medicus contra ea, si vel parum sit religiosus ac conscientiofus, dum lectulo aegrotantium affidet, & quotidianum fragilitatis & miseriae humanae testem agit, mortem & judicium, institutis in hanc rem seriis & piis meditationibus ante oculos habebit; quo respectu Medicinam nil minus aeque quam olim Plato Philosophiam Meditationem mortis dilumentis in vita communi carere; quin potius airax

Haec & similia animo volvens Te fili exoptatissime, non tam infelix neque incongruum stu-

3771

diorum genus Tibi elegisse, dum in castra Medicorum transiisti, reor atque auguror, quin potius cum res hactenus ex voto successerit, Dao gratias ago, quod animum Tuum isthuc direxerit; minimeque dubito, Te omnibus viribus eo annifurum, ut semper Medicum agas probum, conscientiosum, ac sollicitum, ut Theologum non exuas, etsi non externo habitu vel vestitu, tamen in corde bonus sis Theologus, DEUM sincere amans, colens, & reverens, proximi vero, Tuamque propriam falutem curans. Ita Deus T. O. M. Te vicissim amabit, se animae Tuae care redemtae, fidelem in J. C. Medicum praebebit: conatus Tuos ulterius fortunabit, honores quos propediem capesses, auspicatos esse sinet, exercitium Artis Tuae prospero successu, Teque ipsum omnigena felicitate beabit. Quod reliquum est, Te Fili impense dilecte Angelo custodi & viali, cujus ductui ac custodiae, Te, cum patrios Lares relinqueres, charisque Parentibus ultimum Vale diceres, semel commisi, jam vero, ut Te unicum nostrum gaudium & delicium, justo tempore confectis feliciter negotiis ac absolutis itineribus, fospitem atque incolumem in nostros amplexus, qui hactenus per absentiam Tuam quasi in orbitate viximus, reducere velit, iterum atque iterum commendo. Ita voti mei compos, Deo pro immensa sua gratia & misericordia debitas solvam gratias. Vale inter ea mi dilecte, & ex voto res Tuas feliciter age. Dabam Gedani ex Museo A. R. S. CID ID CCLI. ipfis Idibus Maji.

distrum genus TIW elegiffe, dum in callra Medicorum traventi, reor atque auguror, quin potius com res hadeaus ex voto feccellent, Deo gratias and A quod animum Than ifther circulate; minimeque dubico, Te omnibus viribus co annifurning, ut fentper Medicum agas probum, contelentionum, as follicitum, ut Theologom upn exuas, etf non externo habiet velitu, ta men in corde bonus fis Theologos, Davis fincere amans, colens, or reversity proximi verou Thankse propriate fainten outans, for Deux T. O. M. Te vioisim amabic, de animue Tane cane redemtae, fidelem in J. C. Medicum presbebits constes The ulterius fortunabits honores quos propediem capelles, aufoicatos elle finera exercitium Artis Time profecto fernesiu, Trans infum omnigena felicisate beabit. Quod reliquina eff, Te fill impense dilecte Angele custodi & viali, cujus ductui ne cuftodise, Te, cum patrios Lares relinqueres, charisque Parentibus ultimum Var le dicerce, femel commil, jam veto, ut l'e unicum nothum gaudium & deitcium, jufto tempore confedits feliciter negotils ac ubfolicis itineribus. folgitem arque incolumem in noftros amploxus, dui hachenus per ablentiam Tuam quali in orbirate viximus, reducere velit, iterum atque iterum commended its veri orei compos, il mo pro inimonta dua gratta de milericondia debitas folyam gratias. Vale inter earmi dilecte, & ex voto res Twas feliciter age, Dabam Gedani ex Musco A. R. S. CIO 10 CCLIL. iplis Idibus Maji.